Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



differens magnifico illo sensu quo incaeris aut
de quo dixit nos autem sensum xpi habemus.
ait; Quod si ministerium mortis in litteris formatum
in lapidibus fuit cum gloriam tanta non possint
intendere filii israel in faciem moysi propter gloriam
vultus eius quae abolet. quomodo non magis
ministerium spiritus erit in gloria. Et iterum paulo
post dicit; Et non sicut moyses velamen ponebat
super faciem suam ut non intenderent filii israel
in faciem vultus eius; Obtusi sunt enim sensus eorum;
Usque in hodiernum diem cum legit moyses. vela
men est positum super cor eorum:. Quis non ad
miret mysterior magnitudinem. quis non p
timescat potentem cordis obtusi. gloriosam
faciem moysi. sed non poterant intendere in fac
iem vultus eius filii israel. non poterant inten
dere populi synagoge; si quis autem conversa
tionem & vitam potest habere emendatione
quam reliquum vulgus. iste potest invenire glo
riam vultus eius; & nunc enim sicut dicit apls
velamen positum in lectione veteris testamenti.
Et nunc moyses gloriosus vultu loquitur.
sed gloriam quae est in vultu eius. non possumus
invenire; idcirco autem non possumus quia adhuc